



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica**

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Aatholicis ad  
informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

**Coloniæ, 1654**

S. Prosper Eps. S. Adalbertus Leuita S. Febronia V. M. 25. Iun.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44916**

S. Prosper Eps. S. Adalbertus Loui.  
S. Febronia V. M. & I. u.



*Gaudium Spiritus.*

Si aliquid in hoc saeculo possidere  
delectamur, Deum qui possidet om-  
nia, mente possideamus. August.

S. Tui Irenæi (S. Adalberti: S. Fe-  
broniae V.) confessio beata nos com-  
muniat, & fragilitati nostrae subsidi-  
um dignanter exoret Per D. N. J. Chr.  
Ora pro afflictis peste &

1. S. Prosper Aquitanus diuinis & humanis literis excultus, facultates suas in pauperes erogauit ac Romæ apud Leonem i. notarij officio functus est, apud quem contra Hæreticos scribendo exercitatus, Rhegiensis Eps. ordinatur & vitæ fideique salutaria scribens & agens A. 465. obiit.

2. S. Adalbertus Leuita ex Regia Deirorum stirpe ortus & genus & patriam pro Christo abnegans cum Apostolicis uiris S. Suiberto & alijs in Inferioris Germaniæ partes transfretauit è Britannia, & Egmondæ potissimum vitæ & doctrinæ exemplo cunctis præluxit, quo etiam loco fundato Monasterio decessit A. 740.

3. S. Febronia V. & M. Sybapoli in Syria ob fidem & pudicitiam primo uirgis cæsa, equleo torta, deinde perstinibus laniata & igne succesa excusis dentibus, abscissis mammis gloriose triumphauit abscissione capitis.